



**R.P. Petri Leurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ  
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,  
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa  
Canonica Deductus**

**Leuren, Peter**

**Coloniae Agrippinae, 1708**

395. Coadiutor serviens pro Coadiuto num teneatur exire de Capitulo,  
quoties in eo tractatur de negotiis Coadiuti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74203)

## De officio & obligatione Coadjutoris.

143

**R**esp. negativè. Barbos. loc. cit. n. 73. Castrop. loc. cit. n. 40. citante. pro se Garciam; eò quod pri-vilegia ista, fruendi nimurum fructibus in ab-sentia ob dictas causas conceduntur solum iis, qui ratione suorum beneficiorum obligati sunt resi-dere; Coadjutores autem non obligantur residere ex beneficio, sed ex officio, & munere coadjuto-rii accepta, & quasi ex contractu, nec sibi sed alte-ri, ne tempe coadiuto lucentur fructus. hinc iam non sicut coadiutus ob dictas causas excusabitur à resi-dentia; bene tamen excusabitur ex infirmitate ali-óe simili impedimento, quia non censetur ex of-ficio, & munere obligari ad residentiam impossibili-bilem. Item excusabitur eadem ratione à resi-dentia mensibus recreationis; quia obligatio coadjuto-rii debet esse natura humana viribus attempera-ta, ac proinde illi concedi debet recreatio & leva-men, quod alii beneficiatis conceditur. Castrop. loc. cit. Neque dicas in oppositum Coadjutori con-cedi privilegia, & exemptiones Coadjutori com-pentes ratione præbenda, adeo que & illud privile-gium abessendi ob dictas causas, & in absentia lu-crandi. Nam bene respondet Castrop. transmi-tendo antecedens, & negando sequelam; eò quod hac privilegia Coadjuto non competant ex præ-benda, sed ex favore utilitatis communis, qua ex concurso plurium ad studendum & legendum in U-niversitate, & ex servitio Episcopi &c. resultat: & ex eo quod intuitu dicta utilitas concedantur habenti præbendam; non tamen ex contractu ob-ligato loco præbendati juste impediti inervire male infertur, quod etiam censeatur concessa non præbendato, obligato tamen pro præbendato in-serve, et si forte alia eadē inde resultaret utilitas,

**Quæstio 390.** Num Coadjutor possit assume-re dies recreationis sicut Coadjutorius.

**R**esp. affirmativè. Barbos. cit. c. 10. n. 85. Castrop. loc. p. 10. n. 14. Garc. l. cit. n. 79. Gonz. l. c. n. 13. ci-tantes decisi. Rota in Salmant. Coadjutoria 25. Jun. 1593. Hoc enim privilegium coæceditur præbenda-tis ob servitium continuum totius anni, quod in-terposita recreatione tanti temporis temperan-dum duxit concilium; adeoque jam etiam Coadju-tor totu[m] anno afflens & præstans servitium eo privilegio frui debet Castrop. loc. cit. ita tamen hoc ipsu[m] limitandum juxta eosdem hos AA. ut Coad-jutor non possit habere tres mentes, & Coadjutorius tres meuses alios, sed iidem tres iuter utrumque sint consumendi, ut nimurum eodem trimestri, quo absit Coadjutor, absesse possit & Coadjutorius, vel si absuit Coadjutor v. g. Januario & medio Februa-rio, coadjutorius possit absesse se si mense alio. v. g. Mayo & medio Junio.

**Quæstio 391.** An Coadjutor vi Coadjutoria teneatur habitum & tonsuram clericalem deferre?

**R**esp. affirmativè. Barbos. l. c. n. 73 ubi in multis Coadjutori tribuuntur effectus veri beneficii, ut est ille, quod teneatur habitu & tonsuram clericalē deferre, & gauder[re] privilegiis fori. Castrop. loc. c. n. 22. Garc. l. c. n. 99. esto enim beneficium non habest, habet tamen jus satis considerable ad illud, & ex alia parte est deputatus ad servitium Ec-clesie. Sixt. autem V. in sua Constitut. 38, de habitu & tonsura cler. præcipit non solum beneficia habenti-bus, sed habentibus etiam jus ad illa habitum clericalem & tonsuram deferre sub pena privationis omnium beneficiorum. Garc. & Castrop. ll. cit. Un-de jam etiam infertur teneri ad hoc Coadjutorem, et si non inserviat. Garc. loc. cit.

P. Leurenii Tract. II. De Coadjutori.

**Quæstio 392.** An Coadjutor non constitutus in sacris Ordinibus, neque beneficiatus vi Coadjutoriae teneatur ad horas recitandas?

**R**esp. Eciamsi talis Coadjutor teneatur choro interesse, ibique divina officia recitare loco sui Coadjuti, dum tamen non tenetur choro inser-vire, & extra illum vi solius Coadjutoriae non tene-etur ad horas recitandas. Lotter. de re benef. l. 2. q. 25. n. 30. citans Navar. de horis can. c. 20. sub n. 18. Ven-trigl. citans Dianam resolut. mor. p. 5. tract. 13. mis cel-lan. 1. resolut. 75. Barbos. jur. eccl. l. 3. c. 10. n. 59. citans Campeg de coadjut. Episc. n. 4. Suarez de religion. tom. 2. tract. 4. l. 4. c. 22. n. 19. Azor inst. mor. p. 1. l. 10. s. 4. q. 1. Laym. theol. mor. l. 4. tract. 2. c. 5. n. 8. Bonacini. de ho-ri can. d. 1. q. 2. p. 3. n. 15. & plurimi a[re] rationem dant hanc hi AA. quod Coadjutor vivente Coadjuto non habeat penitus beneficium, seu jus in re, sive respe[ctu] tituli aut possessionis, sed solum jus quod-dam creatum circa qualitatem adjuvandi per ali-quot ministerium separatum à beneficio minime obligatorium. Remouch. c. 13. n. 9. ubi etiam sub-jungit n. 10. Garciam. p. 3. c. 1. n. 107. non sithil discre-pare à communi illa sententia modificando illam, nimurum Coadjutorem teneri ad lectionem hora-rum, si in defectum Prælati onus Ecclesiæ in spiri-tuilibus ei demandatum, vel administrationem ecclesiæ suscepit, ac Prælatus super earam le-ctione se excusat. Verùm omnino contrarium eo loco habet Garcias, dum n. 108, relatis aliorum sic sentientium sententia (nimurum Navar. & E-man. Rodriq. tom. 1. c. 140. dicentis, Coadjutores teneri recitare horas, si sunt dati ad illas recitandas pro beneficiato; secus si sunt dati ad alia ministeria) ipse exp[ress]e ait n. 109. at ego existimo, Coadjuto-reim etiam perpetuum cum congrua & futura suc-cessione non teneri ratione Coadjutoriae; cum non sit beneficium recitare horas privatim. nec enim datur ad id, sed solum ad studendum & exercen-dum alia munia incumbentia principalis, qui horas privatim recitabit; & ita praxis habere videtur.

**Quæstio 393.** An Coadjutor etiam Canonici teneatur emittere professionem fidei duran-te Coadjutoria.

**R**esp. negat. Sive non teneri ad illa emittendam, nisi ubi successioni fuerit locus. Barbos. loc. c. n. 60. citans Squillante de priv. cleric. c. 4. n. 79. Macha-: 6 Ludovicum à Saravia & alios. Corri. pr. benef. l. 1. t. 60. n. 40. contra Acostam ad Bullam cruciate. q. 73.

**Quæstio 394.** An Coadjutor teneatur in in-gressu solvere fabricæ, quod est solitum solvi per novos Canonicos?

**R**esp. negativè. Barbos. l. c. n. 71. Garc. p. 4. c. 5. n. 78. Castrop. loc. p. 10. n. 13. Coadjutor enim tunc non ingreditur ut Canonici, sed ut Coadju-tor Canonici. Garc. loc. cit. & Coadjutor non sentit tempore commune, ergo neque sentire debet onus illianuem. Castrop. loc. cit. Ac denique Co-adjutor mortuo Coadjutor solvere illud consuetum ab aliis Canonici tenetur; ergo ad illud solven-dum non tenetur, quam diu est Coadjutor, seu quamdiu vivit Coadjutorius. Garc. Castrop. loc. cit.

**Quæstio 395.** Coadjutor serviens pro Coadju-tor num teneatur exire de Capitulo, quoties in eo tractatur de negotiis Coadjutori?

**I.** **R**espondent negativè Barbos. jur. eccl. l. 3. c. 10. n. 95. Ventrigl. tom. 2. annot. 13. n. 60. Garc. p. 4. c. 5. n. 105. Rationem dant, quod non

N 2

agaf

agit nomine Coadjuti, sed proprio seu nomine ecclesiæ, licet alias repræsentet eum, quatenus agit & inservit loco illius. Unde etiam, ut Barbos. & Garc. poterit Coadjutor dare suffragium in elecione ad præbendam quam prætendit Coadjutus. Idem vico versa tenent Barbos. & Garc. de Coadjuto, quod & hic possit interesse capitulo, & dare votum, ubi agitur de negotio Coadjutoris, nisi forte ut Barbos. ibidem tractaretur de re spectante ad ipsam Coadjutoriam, qua particulariter speget ad ipsum Coadjutum. ut idipsum è contra de Coadjuto limitat Ventrigl. nimis ut procedat, quando non tangitur consecutivè interesse ipsius Coadjutoris; in eo enim casu debere illum exire sit, ex quo jam tractatur de interesse proprio.

2. Verum tamen Castrop. loc. cit. n. 23. credit, tam Coadjutum quām Coadjutorem excludendum, seu debere exire de Capitulo, quoties negotium tractatur alterius utilitatem principaliter respiciens; eò quod ob mutuam unius ab alio dependentiam & respectum suspicio esse possit iniusti processus. Item non solum quis recusari posset, dum suffragium ferre debet in utilitatem suorum: commodum autem Coadjuti respectu Coadjutoris, & hujus respectu Coadjuti reputandum sit commodum proprium, vel suorum, quia unus ad alium pertinet. Tenet nihilominus Remouch. c. 15. n. 6. quod licet Coadjutor in causa ipsius Coadjuti non possit interesse Capitulo tanquam Coadjutor, nihilominus in qualitate Canonici non de negandum ipsi suffragium, ut nec Coadjuto in causa particulari Coadjutoris, modò in re aut cau-

sa ipsi communis, v. g. Coadjutoriæ, non sit datum suffragium.

*Questio 396. An & cui Coadjutor teneatur reddere rationem sua administrationis?*

R Esp. Teneri Coadjutores Prælati Coadjutus ( si sunt sanæ mentis ) ac eoruendem Capitulis, seu etiam ipsorum Prælatorum successoribus ( si hoc antea non fecerint ) reddere rationem plenariam administrationis suæ. Engels ad tit. de cler. agror. Laym. ad c. unic. tit. eod in 6 §. præsenti. n. 4-juxta expressum textum ejusdem cap. unic. ubi dum Bonifacius VIII. ait: aut Prælatorum successoribus: satis indicat feloci Coadjutoribus Prælatorum temporalibus; cum aliis in Coadjutoris perpetuis successor Prælati Coadjuti sit ipse Coadjutor, qui sibi ipsi reddere rationem administrationis suæ nequit, cetera verò, qua in dicto textu habentur, etiam Coadjutoribus perpetuis applicari possunt. Addit quoque Franc. in cit. c. unic. n. 2. apud Laym. loc. cit. has rationes iterato à Coadjutore peti posse ut revideantur, dummodo super rationibus factis transactum non fuerit juxta l. unic. c. de errore calculi. Diciturque hoc in punto Coadjutor à tutori & curatore; quod hi rationes reddere non teneantur nisi officio finito. I. f. tutor. ff. de tutelis. Laym. loc. cit. cuius etiam discriminis ibidem ex Anchiano hanc assert rationem, quod Coadjutoris officium indeterminati sit temporis; cum nesciatur, quando moritutus sit Prælatus; officium autem Curatoris &

Tutoris determinati sit temporis, nimis ut iis à jure præfixi, quo expireret.

## CAPUT SEPTIMUM.

### De potestate Coadjutoris.

*Questio 397. Quia in genere sit potestas seu facultas Coadjutoris.*

1. Esp. primò. Potestas & facultas Coadjutoris Episcopi, & Prælatorum dependet à forma concessio-nis Coadjutoriæ, seu à tenore literarum, specialib[us]que prærogati-vis in illis per Papam juxta exigentiam ecclesiæ, si-ve in temporalibus five spirituualibus, vel etiam in liberaliter concessis. Gonz. ad reg. 8 gl. 5. §. 9. n. 94. Ventrigl. tom. 2. annot. 13. n. 23. Remouch. c. 15. n. 2. Pignat. tom. 4. consult. 185. n. 22. Barbos. juri. eccl. l. 3. c. 10. n. 23. Pavin. de visitat. Parisi. l. 7. q. 20. n. 19. Unde ad considerandam facultatem Coadjutoris ante omnia inspiciendus est tenor literarum harum. Gonz. Pavin. Ventrigl. l. cit. Pignat. loc. cit. n. 1. Tondut. qq. benef. p. 2. c. 1. §. 13. n. 23. ubi: quod attingit controversias, qua nonnauquam oriantur inter Coadjutum & Coadjutorem, certum est, imprimis verba & clausulas in literis Coadjutoriæ adhibitas attendendas esse &c. non enim omnes Coadjutoriarum literæ habent eadem privilegia. Pignat. tom. 9. consult. 84. n. 6. sic v. g. aliquæ literæ habent, quod Coadjutor habeat vocem activam & passi-vam, aliae quod vocem tantum activam habeat in Capitulo. Pignat. loc. cit. alii Coadjutores nullam habent vocem in Capitulo, aut ei intervenire nequeunt; quia de his nihil in literis Coadjutoriæ au-

tem, ut dictum, sunt odioia & strictè intelligenda. Pignat. loc. cit. n. 7.

2. Porro forma illa concessionis seu tonor literarum ut plurimum restringitur ad facultatem faciendi ea, qua ad coadjutoris officium de jure vel consuetudine spectant, ita ut in capitulo, choro & processionibus aliaeque actibus capitularibus, officiis divinis, funeralibus, functionibus ecclesiasticis absente coadjuto interesse possit & debeat. Pignat. tom. 4. consult. 185. n. 1. Dixi, qua de jure vel consuetudine spectant ad ejus officium. De jure autem generali Coadjutor tantum supplet in necessariis, & sic alii canonici voluntibus supplerent nulla erit necessitas munericis Coadjutoris. Pignat. n. 5. De consuetudine verò, ut Coadjutores, qui sunt minus digni veris Canonici, si æquiparentur in functionibus peragendis à veris Canonici, ac ut se ingenerat ultra formam Coadjutoriæ, constare debet vel in genere vel in particulari; debetque esse præscripta spatio. 40. annorum juxta Pignat. cit. n. 5. Atque ita facultas data Coadjutoribus in literis Coadjutoriæ tota versatur circa ea, in quibus Coadjuto deficiente minueretur ecclesia ser-vitium, qualia sunt, qua jam enumerata sunt & similia de necessitate & jure proprio ad ipsum Coadjutum spectantia, v. g. cantare missas ex obliga-tione, & ad quas dicendas vigore testamenti, & fundacionis tenentur Coadjuti juxta dicta supra. Pignat. loc. cit. n. 4. Non verò facultas dicta veritatur circa functiones honorarias, quas ipse Coadjutor

fanum